

Valle Ioachimica, si probè memini. Id
olim Ge. Fabricius misit. Secundus
numerus Sapphirum denotat manu- Sapphirus.
briò plumbeo inclusam, vt ita còmo-
diùs manu tenentis medici hac gem-
ma demulceantur carbunculi: quod
& hodie quidam faciunt, quo succes-
su nondum cognoui: & olim ab Aui-
cenna ea vis Sapphiro adscripta est,
& ab Epiphanio aduersus papulas &
tubercula.

*DE LAPIDIBVS ILLIS,
quibus cum stellis, Sole, Luna, aut ele-
mentis aliquid commune est.*

Caput II.

VT veluti ordine naturæ, à cœlo
ad inferiora corpora, & à simpli-
cibus ad magis magisq; composita p-
grediamur: hoc in capite lapides il-
los, qui cœlo, stellis ac elementis no-
men, aut etiam rei aliquid commune
habent, exponemus.

Ff 2